



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

69. Lazarus à mortuis suscitatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO LXIX.

Lazarus à mortuis suscitatur.

I. **I**esus autem, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti, *Ioan. 11. v. 41. & 42.*

II. Hæc cum dixisset, voce magnâ clamavit: Lazare, veni foras. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Solvite eum, & finite abire. *Ioan. 11. v. 43. & 44.*

III. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. *Ioan. 11. Vers. 45.*

MEDITATIO LXX.

De cœna apud Bethaniam.

I. **I**esus ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: *Ioan. 12. v. 1. & 2.* in domo Simonis Leprosi.